



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Ducatus Mutinensis, le Modenois.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

inter quas eminent Comes S. Pauli ex Gonzagis, Comes S. Martini ex Familiâ Atestinâ, & aliæ de quibus in Geographiâ.

SECTIO II. Descriptio Geographica dittonis Mutinensis.

NVM. I. Ducatus Mutinensis, le Modenois.

V R-

MVTINA: *Modena*, nobis *Modene*, in viâ *Æmiliâ*, non tamen eodem planè loco quo antiqua, nam visuntur ad hanc Antiquæ rudera iuxta Nouam; à Gothis & Longobardis Verus euersa est, restituta Noua Longobardis ex Italiâ exterminatis: libera fuit ciuitas, & bella maxima cum Bononiensibus gessit. Sita est inter fluuios *Secchia*, & *Panaro*, ad incile quo vterque committitur, dictum Mutinense.

B E S

Bastia: *Bastia*, quam ambit incile Mutinense.

Bonus portus, vel Bonportus: *Bonporto*, vbi incile Mutinense neçtitur *Panaro*, traiectus euntibus Bononiâ Mirandulam: in ditione Ragonum est.

D V-

Nonantula: *Nonantola*, muris firmissimis munita, sed Sanctorum reliquiis potentiùs instructa: hîc quondam nobile cœnobium. Fuit olim ditionis Bononiensis, postea Vrbinatis, denique Mutinensis.

C A-

MARZALIA: *Marzaglia*, in viâ *Æmiliâ* ad Seciæ Fl. ripam.

HERBERIA, aliter Ruberia: *Rubiera*, seu *Ruiera*, quam aliqui sic dictam volunt quasi Riperia; vrbs permunita, & vallata firmissimis propugnaculis: patria fuit Antonij Codri viri doctissimi, qui suum epitaphium scripsit: *Codrus eram*, &c.

T V S

SCANDIANVM: *Scandiano*, perlautum oppidum Leandro, Marchionatus caput viginti millium nummorum annui redditus.

M V-

Turricula: *Torricella*, non inhonestum oppidum Leandro.

Casalium Magnum: *Casale Grande*.

Formiginis: *Formigine*, patria Andreæ Formigenæ maximi Architecti.

- Castellum Nouum: *Castro Nuovo.*
- T I- FANVM, seu PONS S. AMBROSII: *Sant Ambrogio*, vel *Ponte Sant-Ambrogio*, ad Fl. *Panaro*, memorabilis pugna anni 1249. Mutinenses inter & Bononienfes, in qua captus est filius Friderici II. Rex Sardinia.
- NEN- SPILIBERTVM, aliter Fanum S. Lamberti, & SPINVM LAMBERTI *Spiliberto*, vel *Spilamberto*, Marchionatus caput Rangonum ditissimorum, quorum reditus octoginta aureorum millia superare dicuntur.
- SIS. Sauinianum: *Sauignano.*
 Montaniana: *Montagnana.*
 VINIOLA: *Vignuola*, apud Luitprandum Ticinensem Neniola dicta, celebris pugnis & cladibus Mutinensium, & Bononensium.
- FLV- } GAYA: *Gaya*, Marchionatus titulo illustris, vrbecula
 VII. } lauta, & locuples.
- } PANARVS: *Panaro*, olim Scultenna.
 } Secius: *Secchia.*
 } Incile Mutinense: *le Canal de Modene.*

N V M. 2. Ducatus Rhegiensis.

- V R- RHEGIVM: *Reggio*, nobis *Regge*, olim Rhegium Lepidi. Nulla ferè eius mentio ante Longobardos ex Italia eiectos, tum enim videtur reparata circa annum 800. anno autem 1314. nouis mœnibus est circumscripta:
- BES vrbs est lauta & frequens, & diues. Hic credunt nonnulli sepultum Prosperum Rhegiensem, quem huius vrbs Episcopum Leander putat. Eluitur Fl. *Tarua*, non *Cruſtolo*, vt putat Leander.
- D V- } Gualterum: *Gualtero*, & *Gualtieri*, oppidum amplum, diues & populo refertissimum, versus limitem Mantuanum, Marchionatus caput, Bentiuoliorum.
- C A- BRIXILLVM & Brixellum: *Bresselo*, ad Lenzæ Fl. in Padum confluentias; olim ciuitas solo æquata à Longobardis, nunc egregiè muris, & præfidiariis instructa in limite Mantuano, ex quo pendet quoad ius primum.
- T V S Castrum nouum Rheginense: *Castro Nuovo*, ad discrimen
- NNnnn iij